

Intr10

K: Kraków, Berol. lat. oct. 262, ff. 1r-7r

=====

<Introductiones Parvipontanae>

Tria rerum genera distinguit nostra disciplina, scilicet significantia, / significata, appellata. Appellata sunt ipsae res visibiles ut homines, lapides; significantia sunt quae significant <ut> dictiones et orationes; significata sunt ea quae significantur dictio/nibus et orationibus.

De appellatis nihil ad praesens, sed de significantibus et de significatis est / agendum. Circa enim significantia et significata universum dialecticae¹ artis consis/tit negotium. Sed quia significantia notiora sunt significatis, ergo prius de sig<nifi>canti/bus quam de significatis est agendum.

Significantium autem aliud est dictio, aliud oratio. Sed quia |K1ra²| dictio simplicior est oratione, prius ergo de dictione / quam de oratione est dicendum.

Dictionum autem alia / est nomen, alia verbum. Sed quia nomen dignius est / verbo, quia nomen significat substantiam et qualitatem, ver/bum autem actionem vel passionem, ergo prius de / nomine quam de verbo³ est agendum.

Sed quia omne⁴ nomen / est vox et omnis vox est sonus, ergo a sono tanquam ab / omnium principio est inchoandum.

Sonus ergo sic⁵ descri/bitur: Sonus est quidquid proprie auditu percipi potest. 'Proprie' dico ad differentiam hominis et campanae. / Quae non proprie sed gratia aliorum audiri dicitur. Homo enim / gra<tia> vocis, campana gratia soni audiri / dicitur.

Sonorum autem aliud est vox, alius non vox. / Sonus non vox est <ut> strepitus pedum, fragor / arborum.

1 dialecticae[dialetice et supra primum i addidit y B

2 The first seven lines of f. 1r are written in one column, the rest in two columns

3 verbo] u(er)be B

4 omne[o(i)()e B

5 sic] sie(!) et supra e addidit e(?) B

Sonus qui est vox, sic describitur: Vox / sonus naturalibus instrumentis formatus qui ab / ore animalis profertur et per quasdam partes gutturis quae ar/thoriae vocantur, emittitur, plectro lin/guae percussus, et in vocem formatus. Natura/lia instrumenta sunt haec: lingua, dentes, / palatus, et huiusmodi. Arthoriae⁶ sunt quaedam artae **[K1rb]** venae per quas attrahimus et emittimus aerem ad / formandam vocem.

Vocum autem alia est signifi/cativa, alia non significativa. Vox non significati/va, quae nihil significat, ut ‘plicitrix’. Vox significativa, / quae aliquid significat, ut ‘homo’ ‘animal’. De voce autem non / significativa est obmittendum, et de voce signifi/cativa est agendum.

Vocum autem significativarum / alia est significat<iv>a naturaliter, `alia† ad placitum. Vox / significativa naturaliter est, ut / mugitus boum, latratus canum, / gemitus infirmorum. Vox significativa ad placi/tum est quae ad placitum sui inventoris est institu/ta ad aliquid significandum, ut ‘homo’ ‘animal’. De voce significati/va naturaliter est obmittendum, et de voce significativa / ad placitum est agendum.

Vocum autem significati/varum ad placitum alia est nomen, alia verbum. Sed prius / de nomine est dicendum.

Quod sic describitur: Nomen est vox / significativa ad placitum sine tempore cuius nulla / pars extra significat, finita et recta. Visa hac / descriptione videndum est quid singula operentur posita / in ipsa descriptione. Per hoc quod nomen dicitur esse vox, convenit / cum aliis vocibus. ‘Significativa’ additur ut excludantur **[K1va]** voces non significativae. ‘Ad placitum’ addi/tur ut excludantur voces signifi/cativae naturaliter. / ‘Sine tempore’ additur ut excludantur / verba, quae significant cum tempore. ‘Cuius nulla pars⁷ / extra significat’ additur ut excludantur orationes, / quarum aliqua pars extra significat. ‘Finita’ additur / ut excludantur nomina infinita, [ut ‘non homo’ ‘non lapis’]. / Nomina infinita sunt quibus praeponitur particula negativa ‘non’, / ut ‘non homo’ ‘non lapis’. ‘Recta’ additur ut excludantur / obliqui, qui non sunt nomina sed casus nominum. Solus enim / nominativus nomen est eo quod per eum fiat impositio nominis. Inpo/nentes enim alicui nomen dicimus ‘iste vocetur Socrates’, / non ‘Socrati’.

⁶ arthoriae] Artrie *B*

⁷ pars[p(ar)ars *B*

Dicto de nomine dicendum est de verbo. Verbum / ergo sic describitur: Verbum est vox significativa ad / placitum cum tempore cuius nulla pars extra significat, finita et recta. Per hoc quod verbum dicitur esse vox, / convenit cum aliis⁸ vocibus. ‘Significativa’⁹ additur / ut excludantur voces non significativae. ‘Ad / placitum’ additur ut excludantur nomina, quae / significant sine tempore. ‘Cuius nulla pars extra significat’ / additur ad exclusionem orationis, cuius aliqua pars / extra, id est per se, `aliquid† signifi[n]t. ‘Finita’ additur ut ex/cludantur verba infinita. Verba autem infinita / sunt quibus praeponitur particula negativa ‘non’, ut ‘non legens’ / ‘non laborans’. ‘Recta’ additur ad exclusio/nem verborum praeteriti et futuri temporis, `quae non sunt verba sed casus verborum. Sicut¹⁰ enim a recto inflectuntur obliqui, sic a verbo praesentis temporis / formantur verba praeteriti et futuri temporis†.

Notandum quod / cum tam grammatici quam dialectici tractent de / partibus orationis, alio modo grammatici, alio modo [K1vb] dialectic genera partium orationis dis/tinguunt¹¹. Grammatici enim octo vel / septem dicunt esse partes orationis; dialectici / vero tantum duas, scilicet nomen et verbum. Dialectici enim / duo tantum [duo] attendunt, de quo fiat sermo et / quid de illo agatur. Nomen est nota eius de quo / sermo fit¹²; verbum est nota eius quod de altero dicitur. / Sed adhuc insufficienter dialectici tantum duas / partes orationis distinguunt¹³, cum in disputatio/nibus pronomibus, participiis, et quibusdam adverbiiis / utamur. Ad quod sic respondetur: Quia dia/lectici pronomina annumerant nominibus; et parti/cipia, secundum quod genera et casus <habent>, annumerant nominibus; / secundum autem hoc¹⁴ quod habent temporales¹⁵ sig<nifi>cationes annumer/ant ea verbis; et quaedam adverbia annumerant / verbis; reliquas vero partes, scilicet praepositiones et coniunctiones, interiectiones, non dicunt esse partes sed

8 aliis[alliis *B*

9 Significativa] Sig’cua *B*

10 sicut] sc() *B*

11 distinguunt] distinga(n)t *B*

12 fit] fiat *a.c. B*

13 distinguunt] dist^lngu(n)t *B*

14 hoc] h(om)o *B*

15 temporales] te(m)p(or)a (et) *B*

supplementa¹⁶ parti/um nec per se significantia sed sincategoreu/mata, id est consignantia.

Dicto quid sit nomen et / verbum, videndum est quid sit oratio. Est autem oratio congrua / dictionum ordinatio tam secundum vocem quam secundum / sententiam.

Orationum alia est perfecta, alia / imperfecta. Perfecta est quae perfectum generat sen/sum in animo auditoris, ut ‘homo legit’. Imperfecta est / quae imperfectum generat sensum, ut ‘homo albus’. De imper/fecta est obmittendum, et de perfecta est agendum. /

Perfectarum autem orationum quinque sunt species: imperativa, / deprecativa, optativa, interrogativa, enuntiativa. [K2ra] Imperativa est qua aliquid imperamus, ut ‘Fac ignem’. / Deprecativa est qua aliquid deprecamus, ut ‘Adesto nobis / deus’. Optativa est qua aliquid optamus, ut ‘Utinam saperem’. / Interrogativa est qua aliquid interrogamus, ut ‘Estne caelum volubile?’. Enuntiativa est cui adiungitur / verbum indicativi modi sine interrogatione, ut ‘Homo legit’, quod fit ad differentiam interrogationis, in qua praedicatur / verbum indicativi modi cum interrogatione.

Cum autem quinque sint / species perfectarum orationum, duae tantum adtendunt<ur> / ad dialecticos, scilicet enuntiativa et interrogativa. / De interrogativa ad praesens est obmittendum, et de enuntiativa est agendum.

Enuntiativa autem oratio idem quod / propositio. Quid autem sit propositio Boethius¹⁷ hac descriptione / ostendit, dicens: Propositio est oratio significans verum / vel falsum. Verum nihil aliud est nisi dictum propositionis, si ita / est ut dicitur; falsum nihil aliud est nisi dictum propositionis, s<i> ita / non¹⁸ est ut dicitur.

Propositionum alia est categorica, alia / hypothetica. Categorica autem propositio idem est / quod praedicativa. ‘Categorizo’ enim ‘-izas’, quasi / ‘praedico, praedicas’. Dicitur enim categorica quasi praedicativa, quia / in ea ostenditur aliquid praedicari de altero.

Categoricae / autem propositionis¹⁹ duae sunt principales partes, scilicet subiectus / terminus et praedicatus terminus, ut ‘Socrates est homo’. Subiectus terminus est no/ta eius de quo sermo fit; praedicatus terminus est

¹⁶ supplementa] suple(n)ta B

¹⁷ De dif. top. I, 1174C5-6

¹⁸ non] n(isi) B

¹⁹ propositionis] p(rae)po(sition)is B

nota eius quod²⁰ de altero / dicatur. Hae partes ideo dicuntur termini, quia per eas termini/natur categorica propositio. Ideo autem dicuntur principales partes, quia sunt / etiam secundariae partes, ut litterae, syllabae, signa, et copula. / Signa autem sunt huiusmodi²¹ dictiones: ‘omnis’ ‘aliquis’ ‘quidam’ |**K2rb**| ‘nullus’ ‘alter’ ‘uter’. Copula est verbum substantivum ‘est’, quod copulat / subiectum praedicato, ut in hac propositione patet²² ut ‘Socrates est homo’. /

Item categoricarum propositionum alia est affirmativa, alia negativa. / Affirmativa est qua aliquid affirmatur, ut ‘Socrates est homo’; negativa est qua aliquid negatur, / ut ‘Socrates non est homo’.

Item categoricarum propositionum alia est universalis, alia particularis, alia singularis, alia indefinita. Universalis est cuius subiecto termino praepositur / signum universale, ut ‘Omnis homo legit’. signa autem universalis sunt haec: ‘omnis’ ‘nullus’ / ‘neuter’ ‘quilibet’ et ‘quicumque’. Particularis est cuius subiecto termino praepositur signum particulare. / Signa autem particularia sunt haec: ‘quidam’ ‘aliquis’ ‘alter’ ‘non omnis’. Indefinita est / in qua subicitur nomen appellativum sine signo ut ‘Homo currit’, vel oratio constans / ex pronomine ut ‘Iste (vel hic) homo currit’.

Notandum quod ista bimembris / divisio propositionum, scilicet[†] affirmativa et negativa, fit secundum qualitatem. In hoc enim consideratur qualitas propositionis quod ista affirmativa vel negativa. Unde cum quaeritur ‘qualis est ista / propositio?’, respondendum est ‘affirmativa’ vel ‘negativa’.

Item notandum quod illa / quadrimembris divisio propositionum, scilicet²³ universalis, et particularis, indefinita, singularis, / fit secundum quantitatem²⁴. In hoc enim consideratur quantitas propositionis / quod ipsa universalis vel particularis vel indefinita vel singularis. Unde cum quaeritur / ‘quanta est ista propositio?’, respondendum est ‘universalis’ vel ‘particularis’ vel ‘indefinita’ vel / ‘singularis’.

20 quod] q(uid) B

21 huiusmod + [d] B

22 patet] pati p(otes)t B

23 scilicet + [p(ro)] B

24 quantitatem] q(ua)litate(m) a.c. B

Categoricarum propositionum quaedam participant aliquo / termino, quaedam nullo. Illae participant aliquo termino quae aliquem²⁵ / terminum communem habent, ut ‘homo currit’ ‘homo movetur’; illae / nullo participa<n>t quae `nullum terminum habent communem, ut ‘Deus est in caelo’ / ‘sol <est> in Cancro’.

Categoricarum autem propositionum participantium aliquo termino quaedam / participant altero termino tantum, quaedam utroque. Propositionum participantium / altero termino tantum triplex est natura. Aut enim ita partici/pant quod ille terminus qui subicitur <in> primo praedica[n]tur in secundo, hoc modo / ‘homo est animal’ ‘risibile est homo’; aut ita participant quod idem sunt / subiecti et diversi praedicati, ut ‘Socrates currit’ ‘Socrates legit’; / aut ita participant quod idem sunt praedicati et diversi subiecti²⁶, <ut ‘Socrates currit’> |K2v| ‘Plato currit’.

Categoricarum propositionum participantium utroque termino quaedam participant utroque termino ad eundem ordinem ut ‘omnis homo [2va] est animal’ ‘nullus homo est animal’; quae<dam> participant utroque termino ordine conver/so, ut ‘homo est animal’ ‘animal est homo’.

De propositionibus participantibus utroque termino ordi/ne converso ad praesens est obmittendum, et de propositionibus participantibus utroque termino ad eundem ordinem est agendum. Harum quaedam sunt contra/riae, quaedam subcontrariae, quaedam subalternae, quaedam `contradictoriae†.

Contrariae sunt universalis / affirmativa et universalis negativa, ut ‘omnis homo est animal’ ‘nullus homo est animal’. Hae differunt qualitate[m], quia una est affirmativa, alia negativa; verven<i>unt autem quantitate²⁷, quia utraque est universalis. Ideo autem dicuntur contrariae, quia una ponuntur / contra alteram.

Subcontrariae sunt particularis <affirmativa et particularis> negativa, ut ‘quidam homo est animal’ ‘quidam / homo non est animal’. Hae sicut contrariae differunt qualitate[m], quia una / est affirmativa, alia negativa²⁸; conveniunt quantitate, quia utraque est particularis. / Ideo autem dicuntur `sub†contrariae, quia ponuntur sub contrariis.

²⁵ aliquem] aliq(uae) B

²⁶subiecti] subiect(us)i B

²⁷ quantitate] q(ua)ntitati B

²⁸ negativa] seu non legendum?

Subalternae sunt / universalis affirmativa et particularis affirmativa ut ‘omnis homo est animal’ ‘quidam homo est animal’. Item subalter/nae sunt universalis negativa et particularis negativa ut ‘nullus homo est animal’ ‘quidam homo non est animal’. / Hae differunt²⁹ quantitate, quia una est universalis, alia particularis; conveniunt autem qualitate³⁰, quia vel utraque est affirmativa vel utraque est negativa. / Ideo dicuntur subalternae, quia una ponitur sub altera[m].

Contradictoriae sunt universalis affirmativa et particularis negativa ut ‘omnis homo est animal’ ‘quidam homo <non> est animal’. / Item contradictoriae sunt universalis negativa et particularis affirmativa, ut ‘nullus homo est animal’ / ‘quidam homo est animal’. Hae differunt qualitate, quia una est affirmativa, alia / negativa; differunt³¹ etiam quantitate, quia una universalis, alia particularis. Ideo autem / dicuntur contradictoriae, quia una contradicit alteri. Quod enim / una affirmatur, reliqua negatur. Dicuntur etiam contrariae/centes, quia una iacet contra alteram. Dicuntur etiam angulares, / quia angulariter dispositae sunt, ut in subiecta patet figura.

FIGURA

[2vb]

Dictum quod categoricarum propositionum `quae<dam>† sunt contrariae, quaedam subcontrariae, quaedam / subalternae, quaedam contradictoriae. Sed quia in illarum assignatione / nulla mentio facta est de indefinitis et singularibus, / ideo <dicimus quod> quidquid de particularibus dictum est, idem de indefinitis intelligatur. / Sicut enim subcontrariae sunt particularis affirmativa et particularis negativa, sic subcontrariae / sunt indefinita affirmativa et <in>definita negativa, ut ‘homo est animal’ ‘homo non est animal’. / De singularibus tale datur iudicium quod si habeant / eosdem terminos eodem ordine dispositos et una

29 differunt] diff’ut B

30 qualitate] q(ua)litati B

31 differunt] diff’ut B

est affirmativa, / alia negativa, iudicandae sunt contrarictoriae, ut ‘Socrates est homo’ ‘Socrates non est homo’. /

Distinctis diversitatibus categoricarum propositionum, assignandae / sunt earum proprietates. Quod ut melius innotescat, sciendum est / tres esse materias. Omnis categorica³² propositio aut est <de> naturali aut / de remota aut de contingenti materia.

De naturali materia est illa propositio, / quando significatum praedicato termino naturaliter convenit omni appellato / per subiectum, ut ‘omnis homo est animal’. Significatum enim hoc termino³³ ‘animal’ naturaliter / habet convenire omni appellato per hunc subiectum ‘homo’. In hac / materia omnis affirmativa est vera et omnis negativa falsa.

De remota materia est illa / propositio, quando significatum praedicato termino naturaliter removetur / ab omni appellato per subiectum terminum, ut ‘omnis homo est asinus’. Significatum enim / <hoc> termino ‘asinus’ naturaliter removetur ab omni appellato per hunc subiectum / terminum ‘homo’. In hac materia omnis negativa vera et omnis affirmativa³⁴ falsa.

De contin/genti materia est illa propositio, quando significatum praedicato termino convenit³⁵ / cuidam appellato per subiectum et cuidam non, ut ‘homo est albus’. / Significatum enim praedicato termino ‘album’ convenit cuidam appellato / per subiectum et cuidam non, ut ‘quidam homo est albus’ ‘quidam homo non est albus’. / In hac materia omnis universalis est falsa, particularis et indefinita vera.

Distinctis / diversitatibus categoricarum propositionum³⁶, assignandae sunt earum proprietates. |K3ra|

Contrariarum itaque propositionum proprietates³⁷ talis est quod si una / vera, altera est falsa. Sed non convertitur quod si una est falsa, altera est vera. / Ambae enim simul falsae inveniuntur in contingenti materia, ut ‘omnis homo est albus’ ‘nullus homo est albus’.

32 categorica] ch()g B

33 termino] terminus B

34 affirmativa] uera B

35 convenit] 9un() B

36 propositionum] p(er)p((ositi)onu(m) B

37 proprietates] p(ro)p(ri)eatas a.c. B

Subcontrariarum / propositionum talis est proprietas quod si una est falsa, reliqua est vera. Sed / non convertitur quod si una est vera, quod altera sit falsa. Am̄b̄ae enim / simul verae inveniuntur in contingenti materia, ut ‘quidam homo / est albus’ ‘quidam homo non est albus’.

Subalternarum propositionum talis est / proprietas <quod> si universalis est vera, et particularis vera. Sed non convertitur quod si particularis est vera, quod ideo / universalis sit vera. Sed si falsa est particularis, falsa est universalis. Sed non convertitur quod si universalis est falsa, / quod ideo particularis sit falsa.

Contradictoriarum itaque propositionum proprietas / talis est quod si una est vera, altera est falsa; et si una est falsa, altera est vera. / Nunquam simul verae, nunquam simul falsae inveniuntur nisi imped̄iat / aequivocatio, id est unius nominis multiplex significatio, ut / ‘Cato se Uticae occidit’ ‘Cato se Uticae non oc/cidit’. Ista enim ambae sunt verae propter aequivocationem huius nominis / ‘Cato’.

Assignatis proprietatibus categoricarum propositionum partici/pantium utroque termino ad eundem ordinem, de propositionibus participantibus / utroque termino ordine converso est agendum. Quod ut melius inno/tescat, sciendum est quod triplex est conversio, scilicet conversio simplex, / conversio per accidens, conversio per con<tra>positionem.

Conversio simplex, / quando de subiecto fit praedicatus et de praedicato subiectus, / manente eadem qualitate et eadem quantitate, nullo addi/to, nullo dempto. In hac conversione convertitur / universalis negativa et particularis affirmativa. Universalis negativa, hoc modo: ‘nullus homo / est lapis’ ‘nullus lapis est homo’. Regula talis est: si universalis negativa est / vera, vera est eius conversa simpliciter. Similiter falsa, falsa est eius conversa simpliciter. / Idem de particulari intelligitur.

Conversio per accidens est quando de subiecto [K3rb] fit praedicatur, et e converso, manente eadem qualitate sed muta/ta quantitate. In hac conversione convertitur universalis affirmativa in particularem affirmativam median/te eius subalterna, ut ‘omnis homo est animal’ ‘quoddam animal est homo’, quod fit mediante / subalterna ‘quidam homo est animal’. Item universalis negativa in particularem negativam mediante eius subalterna, / ut ‘nullus homo est animal’ ‘quoddam animal non est homo’. Regula talis est: si vera est universalis, vera est particularis, / et non convertitur; sed si falsa est

particularis, falsa est et universalis, et non convertitur. Ista conversio / dicitur fieri per accidens, id est per extraneum.

Conversio per contrapositionem / est, quando de subiecto fit praedicatus et e converso, manente eadem qualitate et eadem / quantitate, sed terminus infini[ta]tis. In hac conversione convertitur universalis affirmativa / et particularis negativa. <Universalis affirmativa>, hoc modo: ‘omnis homo est animal’ ‘omne non animal non est <non> homo’. Particularis negativa, hoc modo: ‘quidam homo / non est lapis’ ‘quidam non lapis non est non homo’. Regula talis: si universalis affirmativa est vera, vera est / et eius conversa per contrapositionem. Similiter si falsa, falsa est et eius `conversa per contrapositionem. Idem / de particulari intelligatur.

Notandum quod quando `que uterque terminus est dictio ut ‘Socrates legit’, / quandoque uterque terminus est oratio ut ‘Socrates et Plato disputant de dialectica’, / quandoque subiectus terminus dictio et praedicatus oratio ut ‘Socrates bene legit’, quandoque praedicatus terminus dictio / et subiectus oratio ut ‘Socrates et Plato legunt’.

Nunc videndum est quae dictiones / possint subici, <quae non>, quae praedicari, quae non. Omne nomen interrogativum et infini/tum(!?) nec subicitur nec praedicatur. Nullum nomen comparativum et relativum / subicitur vel praedicatur per se. Omne nomen adiectivum adiective <positum> / possi[n]t praedicari tantum in singulari numero et in masculino et in feminino / genere, in neutro vero genere et substantive posita subici[un]tur et praedicatur / ut ‘similia non sunt sibi dissimilia’.

Nunc videndum est de casibus nominum. Solus / nominativus subicitur et praedicatur. Obliqui termini subiciuntur, nunquam autem praedicantur sed sunt / partes praedicati ut ‘Socrates videt Platonem’. Quod obliqui subiciantur, constat / sic. ‘Ab omni homine habetur aliquod caput’. Ad hoc quod ista propositio sit vera, / quam constat esse veram, oportet ut iste obliquus ‘homine’ subici`atur et / fiat sermo de homine, non de capite. Si enim sermo fiert de³⁸ / capite, falsa esset propositio.

Nunc de verbo videamus. Verba indicativi modi |**K3va**| tantum praedicantur³⁹ ut ‘Socrates legit’. Verba infinitivi modi subiciuntur / et

³⁸ de + [ho(m)i(n)e(?)] *B*

³⁹ praedicantur] p(rae)d’ct’ *B*

praedicantur⁴⁰ ut ‘legere est agere’. Verba autem imperativi et optativi / et subiunctivi modi nec subiciuntur nec praedicantur.

Participia in mas/culino et feminino genere tantum praedicantur⁴¹ ut ‘Socrates est agens’, in neutro vero / genere et substantive posita subiciuntur et praedicantur ut ‘legens / est agens’.

Pronomina demonstrativa primae et secundae personae tantum subiciuntur / ut ‘ego sum animal’ ‘tu es animal’. Pronomina vero demonstrativa tertinae personae / subiciuntur et praedicantur⁴² ut ‘ille non est iste’ et ‘iste non est ille’. / Pronomina possessiva tantum praedicantur⁴³ ut ‘iste liber est meus’. Pronomina / autem relativa nec subiciuntur nec praedicantur⁴⁴, nec iudicandae sunt / orationes in quibus <pronomina> ponuntur, nisi aliae⁴⁵ suppositae ut ‘virgilius scrip/sit Bucolica⁴⁶, is (vel idem vel ipse) scripsit Geor<g>ica’. /

Adverbia quaedam tantum subiciuntur ut ‘semper vivit aliquis / homo’ ‘ubique est aliquod corpus’. Reliquae vero partes, scilicet praepositiones, inter<i>ec/tiones, coniun<c>tiones, nec subiciuntur nec praedicantur⁴⁷. Nunc viden/dum est de orationibus. Nulla oratio perfecta subicitur vel praedi/catur. Orationum autem imperfectarum quaedam subiciuntur et praedican/tur, quaedam tantum praedicantur. Oratio constans ex nomine substanti/vo et adiectivo uno vel pluribus subicitur et praedicatur; / subicitur ut ‘homo albus legit’, praedicatur ut ‘Socrates est animal rationale mortale’. Item oratio⁴⁸ constans ex nomine substantivo et verbo ‘qui’ relativo / interposito, subicitur et praedicatur; subicitur ut ‘homo qui legit disputat’, praedicatur ut ‘Socrates est homo qui legit’. Item oratio / constans ex obliquo et verbo tantum praedicatur, ut ‘Socrates videt Platonem’. / Item oratio constans ex verbo et adverbio tantum praedicatur, / ut ‘Plato diligenter legit’.

40 praedicantur] p(rae)d’ct(ur) B

41 praedicantur] p(rae)d’ct(ur) B

42 praedicantur] p(rae)d’ct(ur) B

43 praedicantur] p(rae)d’ct(ur) B

44 praedicantur] p(rae)d’ct(ur) B

45 aliae suppositae] alias po(s)ite B

46 Bucolica] pucolica B

47 praedicantur] p(rae)d’ct(ur) B

48 oratio] o(mn)i(n)o B

Dicto de categorica propositione, videndum / est quid sit hypothetica. ‘Hypothetica’ autem Graece, Latine dicitur ‘sub/positiva’. Ab ‘hypo’ quod est ‘sub’, et ‘thesis’ quod est ‘positio’, inde **[K3vb]** hypothetica⁴⁹ quasi subpositiva, quia una propositio subponitur alteri⁵⁰. /

Sicut autem categoricae propositionis duae principales partes, scilicet / subiectus terminus et praedicatus, ita hypotheticae duae sunt principales / partes, scilicet antecedens et consequens. Antecedens est quod antecedit, / consequens quod consequitur.

Sed iste ordo non semper servatur. In / conditionali enim, temporali et locali et causali, illud est / antecedens cui praeponitur⁵¹ signum, sive praeponatur sive postponatur. / Postponitur enim <consequens>, ut haec ‘Socrates est animal si Socrates est homo’. In aliis antecedens / est quod antecedit, consequens quod consequitur.

Hypotheticarum autem propositio/num septem⁵² sunt species, scilicet conditionalis, temporalis, localis, causalis, / copulativa, disiunctiva, adversativa.

Conditionalis est / illa quae disponitur per hanc coniunctionem ‘si’, ut ‘si Socrates est homo, Socrates est / animal’. Et ista proprie dicitur hypothetica. Huius regula⁵³ talis est: Si antecedens / potest vel potuit vel poterit esse verum sine consequenti, ut ‘si Socrates est homo, / Socrates est albus’, ipsa est falsa; sin autem, ipsa est vera.

Temporalis est illa quae / disponitur per adverbium ‘dum’ vel ‘quando’ temporale, ut ‘quando Socrates erit homo, / Plato erit <homo>’.

Localis est illa quae disponitur per adverbium locale / ‘ubi’, ut ‘ubi⁵⁴ Plato disputat, Socrates sedebit’.

Causalis est illa quae / per causalem dispositionem coniun<c>tionem ‘quia’ vel ‘quoniam⁵⁵’, ut ‘quia Socrates est homo, / Socrates est animal’.

49 hypothetica] ca(tegori)ca B

50 alteri] alt’[*]i B

51 praeponitur] p(ro)p(onitu)r B

52 septem] .v.ii. B

53 regula] re’gl’a B

54 ubi Plato disputat, Socrates sedebit] sic B, sed fortasse ubi Socrates disputabit, Plato sedebit legendum sicut infra scribitur.

55 quoniam] q(uam)m B

Harum trium una est regula, quae talis est: Si utraque particularis / est falsa vel si antecedens est falsum, ipsa *nugatoria*. Ad veritatem / temporalis non tantum exigitur veritas utriusque partis, sed etiam exigitur / comitantia temporis, ut ‘quando Socrates erit homo, Plato erit homo’; / ad veritatem istius exigitur quod Socrates et Plato in eodem / tempore sint futuri homines. Ad veritatem autem / localis exigitur veritas utriusque partis et praeterea comitantia / loci, ut ‘ubi Socrates disputat, Plato sedebit’; ad veritatem / istius exigitur quo dubi Socrates sit disputaturus, Plato sit sessurus. [K4ra] Ad veritatem causalis exigitur veritas utriusque partis / et quod antecedens sit causa consequentis, ut⁵⁶ ‘quoniam Socrates est homo, Socrates est / animal’; hoc antecedens, scilicet *Socratem esse hominem*, est causa consequentis, scilicet *Socratem / esse animal*. Si autem antecedens non est causa consequentis, licet u/traque pars ist vera, tamen est falsa, ut ‘quia Socrates est homo, Plato est homo’.

Co/pulativa est quae disponitur per copulativam coniunctionem ‘et’, sive / praeponatur et⁵⁷ interponatur sive tantum interponatur. Praeponatur / enim quandoque <praeponatur> et interponitur, ut ‘et Socrates est homo et Socrates est animal’; <quandoque> interponitur tantum, / ut ‘Socrates est homo et Socrates est animal’. Huius regula talis est: Si altera / vel utraque eius pars est falsa, ipsa est falsa. Ad hoc autem quod sit vera, oportet utramque eius partem esse veram.

Disiunctiva est quae / di<s>ponitur per disiunctivam coniunctionem ‘vel’ ‘aut’, sive / praeponatur et interponatur sive tantum interponatur. Praeponitur et interponitur, ut / ‘vel Socrates est homo vel Socrates esset asinus’; interponitur tantum, ut ‘Socrates est homo vel Socrates est / asinus’. Huius regula talis est: Si altera eius pars⁵⁸ est vera, ipsa / tota est vera; ad hoc autem quod sit falsa, oportet utramque eius / partem esse falsam⁵⁹.

Adiunctiva est quae disponitur per adiunc/tivam coniunctionem, ut ‘Socrates legit quod Plato proficiat’. Huius regula talis est: Si altera vel utraque eius pars est falsa, ipsa / tota est falsa; ad hoc autem quod sit vera, oportet utramque / eius partem esse veram et quod antecedens sit causa consequentis.

⁵⁶ ut quoniam] u(b)iq(ue) B

⁵⁷ et] siu(e) B

⁵⁸ pars est] reg(u)la a.c. P

⁵⁹ falsam] f(alsu)m B

Item / hypotheticarum propositionum alia simplex, alia composita. Simplex / est quae nullam⁶⁰ habet hypotheticam partem sui; composita est quae habet aliam / hypotheticam partem sui, ut ‘si Socrates est homo Socrates est animal, et si est animal est substantia’.

Hypo/theticarum propositionum quaedam constant ex duabus affirmativis / ut ‘si Socrates est homo, Socrates est animal’, alia ex duabus negativis ut ‘si / Socrates non est homo, Socrates non est animal’, alia ex negativa sequente et / affirmativa praecedente ut ‘<si> Socrates est homo, Socrates non est asinus’, alia |K4rb| ex negativa praecedente et affirmativa sequente ut ‘si nihil est, aliquid est’.

Nunc videndum est quid sit argumentatio.

Argumentatio⁶¹ est oratio qua⁶² expli/catur argumentum, ut ‘Socrates est homo, ergo est animal’. Aliud autem est significae, ali/ud explicare. Significare est oratione continua aliquid indi/care, ut ‘Socrates est homo’ hac significatur Socratem esse hominem; explicare est oratione / intercisa et per intervalla distincta aliquid exprimere,, ut ‘Socrates est homo, ergo / est animal’ hac argumentatione explicatur argumentum, sed non significatur.

Vel sic describitur / arugmentatio: Argumentatio est oratio qua unum ex uno vel unum ex pluribus infertur. Est autem aliud id quod infertur, aliud id ex quo infertur.

Quando autem / unum ex uno infertur, id ex quo infertur aut est propositio aut quaestio. / Propositio, ut `hic† ‘Socrates est homo, ergo est animal’; quaestio, ut aliquo quaerente ‘estne Socrates homo?’, / et respondente ‘est’, convenienter infertur ‘ergo est animal’.

Notandum autem quod / hoc nomen ‘quaestio’ ita large accipitur, ut aequipolleat huic nomini / ‘interro<ati>o’. Secundum hoc talis fit divisio quaestionum: Quaestionum alia / est dialectica, alia dis<ci>plinalis, alia vulgaris.

60 nullam] p(ri)us *B*

61 Argumentatio] Aarg(umen)to *B*

62 qua] q(uae) *B*

Dialectica / est illa quae disponitur per hanc coniun<c>tionem ‘ne’ vel ‘an’, ut ‘<est>ne Socrates / homo?’ ‘<an>⁶³ ambulat equus tuus?’.

Dicitur autem dialectica, quia ea utimur / in disserendo⁶⁴ dialectice. Ad quam responderi potest convenienter utraque / pars contradictionis, id est affirmative vel negative.

Dis<ci>plinalis est illa quae disponitur per aliquam / istarum interrogationum ‘quis’ ‘qualis’ ‘quantus’ ‘quotus’ ‘quando⁶⁵’ ‘ubi’ et similia. Dicitur autem dis<ci>plinalis, quia ea utimur in dis<ci>plinis propter doctrinam quando erudimur. / Vel dicitur dis<ci>plinalis, quia dis<ci>pli frequenter utimur ea ad magistros. / Et ad hanc responderi potest tantum affirmative. Dialectica autem dis<ci>plinalem / praecedere debet voce vel intellectu.

Vulgaris est illa quae nec utimur / in disserendo⁶⁶ nec propter doctrinam sed in communi usu loquendi, ut ‘quid / comedisti?’. Ad quam de facili responderi potest.

Quando autem unum / ex pluribus infertur, ea ex quibus infertur aut sunt quaestio et assumptio aut / propositio et assumptio.

Sed quid quaestio et propositio dictum est, quid autem sit assumptio [K4va] facile videri potest. Omnia enim de propositione⁶⁷ dicta sunt assumptioni conveniunt.

Sed illud notandum est quod illa propositio quae assumitur post propositionem / appellatur assumptio, ut ‘omnis homo est animal, sed Socrates est homo’. Et hoc nomen ‘assumptio’ est / nomen officii.

Id autem quod infertur est conclusio vel dictum conclusionis. Est autem / conclusio oratio conclusa cui praeponitur⁶⁸ illativa coniunctio ‘igitur’ vel ‘ergo’, vel conclusio illa imperfecta oratio cuius pars <est> illativa coniunctio ‘igitur’ vel ‘ergo’, ut ‘ergo est / animal’.

Notandum quod omni conclusione aliud dicitur, aliud significatur. Qualibet / conclusione significatur eius dictum, <sed ea dicitur dictum eius> conditionalis hypotheticae. Verbi gratia: ‘Manus / mea

63 <an>] *racuna B*

64 disserendo] *disscendo B*

65 quando] *q(ui)n B*

66 disserendo] *diff'endo B*

67 propositione] *p(rae)p(ositi)o(n)e B*

68 praeponitur] *p(ro)po(nitu)r B*

est clausa, ergo non est aperta', conclusione istius argumentationis significatur / manum meam non esse apertam, sed ea dicitur dictum istius conditionalis / hypotheticae 'Si manus mea⁶⁹ est clausa⁷⁰, non est aperta'. Hoc facit illativa / coniunctio quae continuat praecedens subsequenti, vel e converso.

Post argumen/tationem⁷¹ consequenter de argumento est agendum.

Notandum autem quod hoc / nomen multis modis dicitur. Aliter enim accipitur in collocutivis / locutionibus, aliter in poeticis, aliter in dissertivis. In colloqu/tivis locutionibus idem argumentum quod signum; secundum quod dici solet⁷² / 'hoc est argumentum, id est signum, bonae indolis' 'pulvis qui est in pede est argumentum viae, / id est signum'. In poeti<c>is idem est argumentum [ali]quod factum, quod si ita non est ut / factum est, sic tamen esse potest. Aliter autem accipitur argumentum in dissertivis lo/cutionibus, secundum quod a Boethio⁷³ describitur: Argumentum ratio rei dubiae faciens fidem, id est / id quo efficitur credi quod dubium est, uicquid illud⁷⁴ sit.

Sed quia ex hac / descriptione nondum plene innotuit quid argumentum, ut saltim aliqua / habeatur notitia, videndum est quae sit nostra specialis opinio de argumento. Di/cimus ergo argumentum esse dictum conditionalis hypotheticae quae transformatur ab ar/gumentatione. Verbi gratia: 'Socrates est homo, `ergo† Socrates est animal', ab hac argumentatione transfor/matur haec hypothetica: 'Si Socrates est homo, Socrates est animal'; dictum istius conditionalis est argumentum, / hoc videlicet *Socratem esse animal si Socrates est homo*. Et sic omne argumentum enuntiabile.

Quinque at/tendenda sunt circa argumentum: quid probetur, a quo, ex quo, per quid, in quo. Quid probetur, [K4vb] [probatur quod] dubium; a quo, ab argumentatione; ex quo, ex praemisso vel / ex praemissis; per quid, per

69 mea + [n(on)(?)] B

70 clausa] 9clusa B

71 argumen/tationem] 9/dicionale(m) B

72 solet] sole(et) B

73 *De dif. top.* I, 174D1-2

74 illud] illv^t B

argumentum; in quo, in argumentatione⁷⁵. Nec dicendum est proprie argumentum nisi id / quod probatur fit dubium.

Argumentorum aliud probabile et necessarium, quod in se habet probabilitatem et [non] necessitatem, ut ‘Socrates est homo, ergo est / animal’; aliud est probabile et non necessarium, quod in se habet probabilitatem et non necessitatem, ut ‘aliqua est mater, ergo diligit’ (et illud / proprie dicitur dialectica; dialectica enim solis probabilibus est contenta); / aliud autem est necessarium et non probabile, quod habet in se non probabilitatem sed necessitatem, ut ‘luna recto diametro opponitur / soli, ergo sol patitur eclipsim’. Illud autem argumentum quod non est probabile / nec necessarium, non est simpliciter dicendum esse argumentum, sed sophisticum argumentum, / nec tamen argumentum, ut ‘Diogenes nunquam amisit cornua, ergo non habet cornua’.

Dicto de argumento et argumentatione, sciendum quod argumentationis duae sunt / principales species: syllogismus et inductio.

Syllogismus est argumentatio / in qua necessaria ratione argumenti unum ex pluribus inferitur. Verbi gratia: ‘Omnis homo / est animal et Socrates est homo, ergo Socrates est animal’. Dicitur autem syllogismus a ‘sin’ quod est ‘con’ et / ‘logos’ quod est ‘sermo’ vel ‘ratio’; inde ‘syllogismus’, quasi ‘contratiocinatio’.

Inductio est argumentatio in qua probabili ratione argumenti unum ex pluribus inferitur, ut ‘in navi regenda non forte sed arte eligendus <est>⁷⁶ / gubernator, et in civitate regenda non forte sed arte / eligendus est rector, ergo in scholis regendis non forte sed arte / eligendus est doctor’. Dicitur autem inductio, quia⁷⁷ ibi ea⁷⁸ probabilia / inducuntur ex quibus aliud probabiliter inferitur.

Syllogismus autem et inductio in hoc conveniunt, quia utrobique unum ex pluribus inferitur; / in hoc autem differunt, quia in syllogismo est necessaria ratio argumenti, in inductione vero tantum probabilis.

⁷⁵ argumentatione] *lectio incerta*, a^rne(m) B

⁷⁶ <est>] eligendus + [rector]

⁷⁷ quia] q(u)ia B

⁷⁸ ea] q(ui)a a.c. B

A syllogismo descendit enthymema. / Enthymema autem argument<ati>o in qua necessaria ratione argumenti unum ex / uno infertur, ut ‘Socrates est homo, ergo est animal’. Dicitur autem enthymema⁷⁹ quasi⁸⁰ |K5ra| conceptum in animo, quia concipitur in animo propositio quae subtrahitur a syllogis/mo.

Syllogismus autem et enthymema in hoc conveniunt, quia utro/bique est necessaria ratio argumenti; in hoc autem differunt, quia in⁸¹ / syllogismo unum ex pluribus infertur; in enthymemate vero / unum ex uno.

Ab inductione descendit exemplum. Exemplum / autem est argument<ati>o in qua probabili ratione argumenti unum ex uno infertur, / ut⁸² ‘Demonstenes laudandus est apud Graecos pro sui eloquentia, ergo / Tullius laudandus est apud Latinos pro sui eloquentia, cum sit ei par / vel maior’. Dicitur autem exemplum, quia uno posito in exemplo⁸³ aliud / ex eo probabiliter infertur.

Inductio et exemplum in hoc con/veniunt, quia utrobique est probabilis ratio argumenti; in hoc autem differunt, quia / in inductione unum ex pluribus infertur, in⁸⁴ exemplo autem tantum ex⁸⁵ uno. En/thymema et exemplum in hoc conveniunt, quia utrobique unum ex / uno infertur; in hoc autem differunt, quia in enthymemate est ne/cessaria ratio argumenti, in exemplo vero tantum probabilis.

Cum ergo quattuor sint species / argumentationis, duae tantum adtinent ad officium dialecticorum⁸⁶, / scilicet syllogismus et enthymema.

Syllogismorum autem alius est / categoricus, alius hypotheticus. Categoricalis est ille qui constat ex solis categoricis propositionibus, ut / ‘omnis homo est animal, <omne> risibile est homo, ergo omne risibile est animal’. Hypotheticus est ille qui habet / aliam hypotheticam partem [solis], ut ‘<si>

79 enthymema + [i(n)] *B*

80 quasi] q^ai *B*

81 in + [solis] *B*

82 ut] Si'c *B*

83 exemplo] exemplum *B*

84 in exemplo] ex eo *B*

85 ex uno] unu(m) *B*

86 dialecticorum] dyalecticar(um) *B*

Socrates est homo, Socrates est animal; sed Socrates est homo, ergo Socrates est animal'. /

De hypothetico⁸⁷ ad praesens est obmittendum, et de categorico⁸⁸ est agendum et ostendendum qualiter in eo sit argumentandum secundum modos et secundum figuras.

Unde / primo videndum est quid sit modus et quid sit figura. Figura igitur est / competens et regulariter facta terminorum dispositio. Modus est / competens et regulariter facta dispositio propositionum. Figura enim consistit in dispositione terminorum, modus consistit in qualitate et quantitate propositionum.

Tres autem sunt figurae: prima, secunda, / tertia.

Prima figura est quando ita disponitur quod ille terminus qui subicitur **[K5rb]** in propositione, praedicatur in assumptione. Verbi gratia: 'omnis homo est animal, et omne / risibile est homo'. In qualibet autem figura tres sunt termini, scilicet medius terminus, maior / extremitas, minor extremitas. Medius terminus est qui bis ponitur ante conclusionem; / in prima autem figura medius terminus est qui subicitur in propositione et praedicatur in assumptione. Maior extremitas est quae praedicatur in propositione, minor / extremitas est quae subicitur in assumptione. Dicitur autem maior extremitas, quia in maiore ponitur, scilicet in propositione; minor dicitur extremitas, / quia in minori ponitur, scilicet in assumptione.

Secunda figura est quando ita disponuntur⁸⁹ / termini quod in utraque propositione idem praedicatur, ut 'omnis homo est animal et omne risibile est animal⁹⁰'. <In hac figura medius terminus est, qui utrobique praedicatur, maior extremitas quae subicitur in propositione, minor extremitas quae subicitur in assumptione.

Tertia figura est quando ita disponuntur termini quod in utroque propositione idem subicitur, ut 'omnis homo est animal et omnis homo est risibilis'>. / In hac figura medius terminus qui utrobique subicitur, maior extremitas quae praedicatur in propositione, minor extremitas est quae praedicatur / in assumptione.

87 hypothetico] y(poteti)ca B

88 categorico] ca(tegori)ca B

89 disponuntur] disp(onitu)r a.c. B

90 animal] l' B

In prima autem figura novem sunt modi vel syl/logismi, in secunda quattuor, in tertia sex. Et notandum / quod semper maior extremitas debet praedicari de minori / nisi in quinque posterioribus modis primae figurae ubi⁹¹ minor / extremitas de maiori praedicatur.

Item notandum est / quod in prima figura est tam universaliter quam particulariter tam affirmative quam negative concludi / potest; in secunda vero tam universaliter quam particulariter, sed tantum⁹² negative concluditur; in tertia⁹³ autem figura tam affirmative quam negative, sed tantum particulariter / concluditur.

Item notandum est quod quando negativa praecedat conclusionem, / conclusio erit particularis.

Item notandum quod nullus syllogismus / ex solis negativis constat, nec ex solis particularibus. Oportet enim ut / habeat aliquam universalem [particularem sui], quia sine universali non contingit syllogizari.

Primus ergo modus primae figurae est in quo ex duabus / universalibus affirmativis infertur universalis affirmativa, hoc modo: omnis homo est animal et omne / risibile est homo, ergo omne risibile est animal. Regula talis: si aliquid / praedicatur de aliquo universaliter, et subiectum primae praedicatur / de alio universaliter, tunc primum praedicatum praedicatur de secundo [K5va] subiecto universaliter. Assignatio talis est, ut cum dicitur ‘omnis / homo est animal’, hic aliquid praedicatur de aliquo universaliter, scilicet animal de homine; cum vero assumitur ‘omne risibile est homo’, hic subiectum / primae praedicatur⁹⁴ de alio universaliter, scilicet homo de risibili; cum vero infertur ‘ergo / omne risibile est animal’, hic primum praedicatum praedicatur de secundo / subiecto⁹⁵ universaliter, scilicet animal de risibili.

Secundus modus primae / figurae est quando ex universali negativa et universali affirmativa infertur universalis / negativa, hoc modo: nullus homo est lapis et omne risibile est homo, ergo / nullum risibile est lapis. Regula talis: si aliquid remove/tur ab aliquo universaliter, et subiectum primae

91 ubi] u seu n et supra - addidit B

92 tantum + [par(ticulari)ter] B

93 terita] t(ert)iu a.c. B

94 praedicatur] p(rae)od'o B

95 subiecto] s(u)bieeto a.c. B

praedicatur⁹⁶ de aliquo universaliter, / tunc primum remotum removetur a secundo[†] subiecto universaliter. Assignatio patet. Cum dicitur ‘nullus homo est lapis’, hic aliquid removetur ab aliquo⁹⁷ universaliter, scilicet lapis ab homine; cum vero assumitur ‘et / omne risibile est homo’, hic subiectum primae praedicatur de alio universaliter, scilicet homo de risibili; / cum vero infertur ‘ergo nullum risibile est lapis’, hic⁹⁸ primum remotum re/movetur a secundo subiecto unviersaliter, <scilicet> lapis a risibili.

Tertius modus / primae figurae est in quo ex universali affirmativa et particulari affirmativa infertur particularis affirmativa, / hoc modo: omnis homo est animal et quoddam risibile est homo, ergo quoddam risibile est animal. / Regula talis: si aliquid praedicatur de aliquo universaliter, et subiectum primae / praedicatur de alio particulariter, tunc primum praedicatum praedicatur de sub/iecto secundae particulariter. Assignatio⁹⁹ patet. Cum dicitur ‘omnis homo / est animal’, hic aliquid praedictur de alio universaliter, scilicet animal de homine; cum vero / assumitur ‘quoddam risibile est homo’, ibi subiectum primae praedi/catur de subiecto secundae particulariter, ut homo de risibili; cum vero infertur / ‘ergo quoddam risibile est animal’, hic praedicatum <primae> praedicatur de subiecto / secundae particulariter, [ut homo de risibili; cum vero infertur ‘ergo quoddam risibile / est animal’, hic praedicatum praedicatur de subiecto |K5vb| secundae particulariter], scilicet animal de risibili.

Quartus modus primae / figurae est quando ex universali negativa et particulari affirmativa infertur / particularis negativa, hoc modo: nullus homo est lapis et quoddam risibile / est homo, ergo quoddam risibile non est lapis. Regula talis: si / aliquid removetur ab alio universaliter, et subiectum primae / praedicatur de alio particulariter, tunc remotum primae remo/vetur a subiecto secundae¹⁰⁰ particulariter. Assignatio patet. Cum dicitur / ‘nullus homo est lapis’, hic aliquid removetur ab aliquo¹⁰¹ universaliter, / scilicet lapis ab homine; cum vero assumitur ‘quoddam¹⁰² risibile / est homo’,

96 praedicatur] p(rae)d(i)c(a)t(us) B

97 aliquo] illo B

98 hic] ig(itur) B

99 Assignatio] Assig'nato B

100 secundae] s(ecundum) B

101 aliquo] illo B

102 quoddam] q(uo)tda(m) B

hic subiectum primae praedicatur de aliquo particulariter, scilicet homo d<e> risibili; / cum vero infertur ‘ergo quoddam risibile non est lapis’, hic remouetur primae / remouetur a¹⁰³ subiecto secundae particulariter, scilicet lapis a risibili.

Notandum quod isti / quattuor modi perfecti sunt et indemonstrabiles, id est nulla / demonstratione egentes; alii vero modi aliarum / figurarum per conversionem propositionum per istos resol/vuntur. Quoniam ista memoriter non possunt, quodam com/pendio utimur, per quod hoc memoriae commendare / possumus.

Notandum quod per quattuor posteriores vocales / ‘e’ ‘i’ ‘o’ ‘v’ designantur universales affirmativae, ita ut quaelibet illarum de/monstret universalem affirmativam; per quattuor vero liquidas / ‘l’ ‘m’ ‘n’ ‘r’ designantur universales negativae, ita ut quaelibet / illarum demonstret universalem negativam; per has vero lit/teras quae comprehenduntur in hac dictione ‘ast’, / scilicet ‘a’ ‘s’ ‘t’, designantur particulae affirmativae, ita ut quaelibet illarum / demonstret particularem affirmativam; <per has ‘b’ ‘s’ ‘d’ designantur particulae negativae, ita ut quaelibet illarum demonstret particularem negativam>. Ordinandae sunt ergo / novem dictiones ex praedictis litteris secundum qualita/tem et quantitatem propositionum novem `modis† repraesentantes primae figurae, quae tales sunt: / ‘vio’ ‘non’ ‘est’ ‘lac’ ‘via’ ‘mel’ ‘vas’ ‘erb’ ‘arc’. /

Quintus¹⁰⁴ modus primae figurae est in quo ex duabus universalibus / affirmativis infertur particularis affirmativa, hoc modo: omnis homo est animal et omne risibile est / homo, ergo quoddam animal est risibile. Regula talis: si aliquid praedi/catur de aliquo universaliter, et subiectum primae praedicatur de alio / universaliter, tunc minor extremitas praedicatur de maiori / particulariter. Assignatio patet. Iste modus resolvitur / in primum modum primae figurae, conclusione istius conversa per ac/cidens, et sic erit primus modus primae figurae. Ideo autem di/co ‘resolvitur’ et non ‘descendit’, quia quod hactenus¹⁰⁵ / dictum est de descensione unius syllogismi / ab alio, parum vel nihil dictum fuit; unde / ea quae in puerilibus dis<c>plinis addiscuntur, se/nior philosophiae tractatus eliminat. /

103 a subiecto secundae] ab alio B

104 Quintus] Quart(us) B

105 hactenus] hacteri(us) B

Sextus modus primae figurae est quando ex universali negativa et universali affirmativa / infertur universalis negativa, hoc modo: nullus homo est lapis et omne risibile est homo, ergo nullus lapis est risibilis. Regula talis: si aliquid re/movetur ab aliquo uiversaliter, et subiectum primae praedicatur / de alio universaliter, tunc minor extremitas removetur¹⁰⁶ a / maiori <universsaliter>. Iste modus resolvitur in secundum / modum primae figurae, conclusione istius conversa simpliciter.

Septimus modus primae figurae est in quo / ex universali affirmativa et particulari affirmativa infertur particularis affirmativa, / hoc modo: omnis homo est animal et quoddam risibile est homo, ergo quoddam animal est / risibile. Iste modus resolvitur in tertium modum primae figurae, / istius conclusione conversa simpliciter.

Octavus modus **[K6rb]** primae figurae est in quo ex universali affirmativa et universali negativa / infertur particularis negativa, hoc modo: omnis homo est animal et nullus lapis est homo, / ergo quoddam animal non est lapis. Iste modus resolvitur in quartum modum / primae figurae, propositione conversa per accidens, et assumptione conversa / simpliciter, manente conclusione, et ordine mutato ita ut / de propositione fiat assumptio et de assumptione¹⁰⁷ propositio sicut [sicut] in sub/iecta patet figura.

octavus

omnis homo est animal

nullus lapis est homo

ergo quoddam animal non est lapis

conversa¹⁰⁸ simpliciter

conversa per accidens

manet conclusio¹⁰⁹

quartus

nullus homo est lapis

quoddam animal est homo

ergo quoddam <animal> non est lapis.

Nonus modus primae figurae est in quo ex particulari affirmativa et universali negativa / infertur particularis negativa, hoc modo: quidam homo est animal et nullus <lapis> / est homo, ergo quoddam animal non est <lapis>. / Iste modus similiter resolvitur / in quartum modum / primae figurae, propositione et assumptione conversis¹¹⁰ simpliciter, sicut in subiecta patet figura. /

¹⁰⁶ removetur a] p(rae)d(i)cat(ur) d(e) B

¹⁰⁷ assumptione propositio] p(ro)p(ositio)(n)e assu(m)pt(i)o B

¹⁰⁸ conversa] 9u(er)sio B

¹⁰⁹ conclusio ergo] (er)g(o) 9cl(usi)o B

¹¹⁰ conversis] 9u8er)sio B

nonus

quidam homo est animal¹¹¹ conversa¹¹² simpliciter
nullus lapis est homo `conversa simpliciter¹¹³
ergo quoddam animal non est lapis manet

quartus

nullus homo est lapis
quoddam animal est homo
ergo quoddam animal non est lapis.

Dicto de modis primae figurae, dicendum est de modis secundae / figurae, qui significantur per has quattuor dictiones ‘nem’ / ‘erm’ ‘rab’ ‘obd’.

Primus ergo modus secundae figurae est in quo ex universali / negativa et universali affirmativa infertur universalis negativa¹¹⁴, hoc modo: nullus lapis est animal et omnis / homo est animal, ergo nullus homo est lapis. Regula talis: si aliquid removetur / ab aliquo universaliter, et idem praedicatur de alio universaliter, tunc primum subiectum / removetur a secundo subiecto universaliter. Assignatio patet. Iste modus / resolvitur in secundum modum primae figurae, propositione `istius† conversa simpliciter. /

Secundus modus secundae figurae est in quo ex universali affirmativa et universali negativa infertur / universalis negativa. Verbi gratia: omnis homo est animal et nullus lapis est animal, / ergo nullus lapis est homo. Regula talis: si aliquid praedicatur de aliquo / universaliter, et illud idem removetur a secundo subiecto universaliter, <tunc primum subiectum removetur a secundo subiecto universaliter>. Iste modus / resolvitur in secundum modum primae figurae, assumptione et conclusione / conversis simpliciter, ordine mutato, ita videlicet / ut de propositione fiat assumptio et de assumptione fiat propositio. **[K6va]**

Tertius modus secundae figurae est in quo ex / universali negativa et particulari affirmativa infertur particularis negativa, hoc modo: nullus lapis¹¹⁵ est animal / et quidam homo est animal, ergo quidam homo non est lapis. Regula talis: si aliquid / removetur ab aliquo universaliter, et idem praedicatur de alio particulariter, / tunc primum subiectum removetur a secundo subiecto

111 animal] l' et al' p.c. B

112 conversa] Qu(er)sio B

113 simpliciter] p(er) accid(en)s B

114 negativa] aff(irmativ)a a.c. B

115 lapis] h(om)o .a.c. B

particulariter. / Iste modus resolvitur in quartum modum primae figurae, propositione istius / conversa simpliciter.

Quartus modus secundae figurae est in quo ex universali / affirmativa et particulari negativa infertur particularis negativa, hoc modo: omnis homo est / animal et quidam lapis non est animal, ergo quidam lapis non est homo. Regula talis: si / aliquid praedicatur de aliquo universaliter, et illud idem removetur ab / alio particulariter, tunc primum subiectum removetur a secundo subiec/to particulariter. Iste modus non resolvitur in aliquem modorum primae / figurae. Si enim negatur particularis negativa conclusio, <haec> scilicet ‘quidam lapis non est / homo’, vere sequi ex praemissis, sumatur eius contradic/toria cum <altera>¹¹⁶ praemissarum, haec scilicet ‘omnis lapis est / homo’ <cum hac ‘omnis homo est animal’>; et sic fiat syllogismus in primo modo primae figurae, / hoc modo: omnis homo est animal et omnis lapis est homo, ergo omnis lapis / est animal; <sed prius in assumptione concessum est ‘quidam lapis non est animal’ et modo concluditur ‘omnis lapis est animal’>, quae sunt contradictoriae, quas simul esse veras / est impossibile; relinquatur ergo hoc¹¹⁷ impossibile, / et dicatur particularem negativam vere sequi ex praemissis. /

Dicto de modis primae et secundae figurae, dicendum¹¹⁸ est de / modis tertiae figurae, qui significa<n>tur per has sex dic/tiones ‘eua’ ‘nec’ ‘aut’ ‘esa’ ‘duc’ ‘mac’.

Primus / ergo modus tertiae figurae est in quo ex duabus universalibus affirmativis / infertur¹¹⁹ particularis affirmativa, hoc modo: omnis homo est animal et omnis homo / est risibilis, ergo quoddam risibile est animal. Regula talis: si aliquid |**K6vb**| praedicatur de aliquo universaliter, et / aliud praedicatur de primo sub/iecto universaliter, tunc primum praedicatum praedicatur / de secundo praedicato particulariter. Assignatio patet. / Cum dicitur ‘omnis homo est animal’, hic aliquid praedicatur de aliquo / universaliter, scilicet animal de homine; cum vero assumitur ‘omnis homo est / risibilis’, hic aliquid praedicatur de primo subiecto universaliter, / scilicet risibile de homine; cum vero concluditur ‘ergo quoddam risibile est animal’, /

116 <altera>] *lacuna B*

117 hoc] h(aec) *B*

118 dicendum] dictu(m) *B*

119 infertur] i(n)f’et(ur) *B*

hic primum praedicatum praedicatur de secundo praedicato / particulariter. Iste modus resolvitur in tertium modum primae figurae, / assumptione conversa per accidens, hac scilicet¹²⁰ ‘omnis¹²¹ / homo est risibilis’ conversa per accidens ‘quoddam¹²² risibile est homo’. /

Secundus modus tertiae figurae in quo ex universali negativa / et universali affirmativa infertur¹²³ particularis negativa, hoc modo: nullus homo est lapis / et omnis homo est risibilis, ergo quoddam¹²⁴ risibile non est lapis. Regula talis: / si aliquid removetur ab aliquo universaliter, et aliud praedicatur / de primo subiecto universaliter, tunc primum remottum remo/vetur a secundo praedicato particulariter. Iste modus resolvitur in quartum / modum primae figurae, assumptione `istius† conversa per accidens, / hac scilicet ‘omnis homo est risibilis’ et ‘quoddam¹²⁵ risibile est homo’, et sic fit quartus / modus primae figurae.

Tertius modus tertiae figurae est in quo ex particulari / affirmativa et universali affirmativa infertur¹²⁶ particularis affirmativa, hoc modo: quidam homo est animal / et omnis homo est risibilis, ergo quoddam¹²⁷ risibile est animal. Regula talis: si aliquid / praedicatur de aliquo particulariter, et aliud¹²⁸ praedicatur de primo subiecto / universaliter, tunc primum praedicatum praedicatur de `secundo† praedicato particulariter. Iste / modus resolvitur in tertium <modum> primae figurae, propositione et conclusione / conver<sis> simpliciter, ordine mutato, ita videlicet / [si] de propositione fiat assumptio et de assumptione fiat propositio. |**K7ra**|

Quartus modus tertiae figurae in quo ex / universali affirmativa et particulari affirmativa infertur¹²⁹ particularis affirmativa, hoc modo: / omnis homo est animal et quidam homo est risibilis, ergo quoddam risibile est

120 scilicet] si *B*

121 omnis] vuu()s *B*

122 quoddam] Qudda(m) *B*

123 infertur] i(n)f’et(ur) *B*

124 quoddam] q(uo)tda(m) *B*

125 quoddam] q(uo)tda(m) *B*

126 infertur] i(n)f’et(ur) *B*

127 quoddam] q(uo)tda(m) *B*

128 aliud] ill(u)d *B*

129 infertur] i(n)f’et(ur) *B*

animal. / Regula talis: si aliquid praedicatur de aliquo universaliter, et aliud praedicatur de primo subiecto particulariter, tunc primum praedicatum / praedicatur de secundo praedicato particulariter. Iste modus resolvitur / in tertium modum primae figurae, conclusione istius conversa simpliciter, ‘quoddam risibile est animal’ conversa simpliciter ‘quoddam animal est / risibile’.

Quintus modus tertiae figurae est in quo ex particulari negativa / et universali affirmativa infertur¹³⁰ particularis negativa, hoc modo: <quidam> homo non est lapis et / omnis homo est risibilis, ergo quoddam¹³¹ risibile non est lapis. Regula talis: si aliquid / removetur ab aliquo particulariter, et aliud praedicatur de primo / subiecto universaliter, tunc primum remotum removetur / a secundo praedicato particulariter. Iste¹³² modus `non† resolvitur in aliquem / modum primae figurae, sed probatur per impossibile median/te primo modo primae figurae. Si enim negatur particularis negativa <conclusio>, haec scilicet / ‘quoddam¹³³ risibile non est lapis’, vere¹³⁴ sequi ex praemissis, sumatur eius contradictoria, haec scilicet ‘omne risibile est lapis’, cum altera praemissarum, cum hac scilicet ‘omnis homo est risibilis’; et fiat syllogismus in primo modo primae figurae, hoc modo: omne risibile est lapis / et omnis homo est risibilis, ergo omnis homo est lapis; sed prius in propositione quinti¹³⁵ / modi concessum est ‘quidam homo non est lapis’ et modo ‘omnis homo est lapis’, quae / sunt contradictoriae, quas simul esse veras est impossibile; / dimittamus¹³⁶ ergo hoc impossibile, et dicamus particularem negativam, / scilicet conclusionem, vere sequi ex praemissis.

Sextus modus / tertiae figurae est in quo ex universali negativa et particulari affirmativa infertur¹³⁷ particularis ne/gativa, hoc modo: nullus homo est lapis et quidam homo est risibilis, ergo quoddam¹³⁸ risibile non / est lapis. Regula talis: si aliquid removetur ab aliquo universaliter, et aliud

130 infertur] i(n)f’et(ur) B

131 quoddam] q(uo)tda(m) B

132 Iste] Iste B

133 quoddam] q(uo)tda(m) B

134 vere] iure B

135 quinti] q(ua)rti B

136 dimittamus] dimitt*n(us) B

137 infertur] i(n)f’et(ur) B

138 quoddam] q(uo)tda(m) B

[K7rb] praedicatur de primo subiecto¹³⁹ particulariter, tunc primum remotum
removetur a secundo praedicato particulariter. Iste modus resolvitur / in
quartum modum primae figurae, assumptione istius conversa simpliciter. /

Summe Deus Christe, per te liber explicit iste.

Appendix, f. 7rb-vb, by the same hand

<De proverbio>

Prooemium est captio benivolentiae, quae / in arte rhetorica appellatur
communis sci/entia, in auctoribus vero proverbium. Hoc autem
adten/dendum est circa proverbium. Primo videndum est materia / de qua
tractandum est. Deinde adaptandum tale proverbium / quod materiae¹⁴⁰ eius
conveniat, ut si de bello¹⁴¹ tractare / velis, tale adaptabis proverbium ‘Bella
sine / periculo gigni non possunt’; vel si de amore, tale adap/tabis proverbium
quod amori conveniat ‘Militat / omnis¹⁴² amans et habet sua castra Cupido’;
si de re / inhonesta, tale adaptabis proverbium ‘Inpudicae / matris nequitia
pudicam corrumpit filiam’, et sic de ceteris / ‘Mulier sibi et suis notam invehit
nisi mat`ri†s / eius reff`enet voluptatem’. Ad summum meretur / honorem
provehi, quem scientia litteralis et splendor / illuminat largitatis. Sumo incubit
/ pontifici clericis persecutionem patientibus / in tribulatione suffragari.
Semet impug/nat qui famae prodigus a turpibus non declinat. Mortis / meretur
discrimen subire qui se gremio coniugis re/ficit aliene. Magna donandus est
mercede qui bene / meruit a potente.
Turpe est potenti quoti/ens inter subditos litem patitur exerceri. / Hic rebus
inpendenda est opera in quibus honestas [K7va] et utilitas est secum.
Alinenum debet / esse a patre, odium in filios exercere. /
Amicitia quae ob levem causam deseritur, / leviter est fundata. Turpiter emitur
quod / demno fidei comparatur. Incumbit cuique / pro amicis laborare.

139 subiecto] s(u)bieiecto B

140 materiae] materia B

141 bello] libello a.c. B

142 omnis + [**] B

Labor utilis et ho/nestus non est alicui fugiendus¹⁴³.
 Inutilis est / rebus genendis qui impatiens est laboris.
 Est / inepti ubi festinatione opus est pigritari.
 Non / meretur discipulus erroris argui cum magister / eius labitur in
 errorem.
 Bonus pastor aure credula non recipit verba venenosa linguae
 menti/en`tiŕs.
 Quod maiorum discretio¹⁴⁴ censuit tenendum, hoc / a posteris servari
 debet illibatum.
 Episcopalem con/decet dignitatem imperatoriam nullatenus of/fendere
 maiestatem.
 Male gelit hono/rem et officium episcopi, facta c. u(us) sermonibus
 oblo/quantur.
 Excludi non debet a venia qui pecca/tum suum idodeo defendit
 auctore.
 Ad vi/rum spectat generosum, eius donum manere in/concussum.
 Tutum est ei committere sua, cuius / fides in multis negotiis est
 experta.
 Nil / in memoria retinetur nisi scripti¹⁴⁵ testimo/nio roboretur.
 Societas malorum nobis / est detrimentum¹⁴⁶.
Emendat¹⁴⁷ multos unius exem/plo q̄i malitiam castigat in perverso.
 Mag/nitudo corporis non est certum fortitudinis [K7vb] argumentum.
 Correctione matris est / folia ab aduterii criminae revocanda. /
 Cui pilus post pilum evellitur, successu tempro/ris decalvatur.
 Labor doctoris cedit in vi/tium, ubi discipulis eius non retinet
 documentum. /
 Locus ignotus sic invenei derogat auda/ciae ut ei pugnando vaccam
 faciat / praevalere.
 Lesis aqua ferventi aquae / frigidae sunt timori.
 Sera venit in eum ob/livio, qui bene diligit et corde perfecto.

143 fugiendus] figiend(us) *a.c. B*

144 discretio] disc'io *B*

145 scripti] sc(ri)ptc *a.c. B*

146 detrimentum] d(e)t(ri)m()ntu(m) *B*

147 Emendat + [i(n)] *i.m. B*

Na/tale solum est homini dulcius et aviculae nidus / pulcerior est
omni nido.

Vel sic: Omnis avicula / suum amat nidum et in eo liberter requiescit.

/

Qui non dederit, dilecta pervenire non poterit / ad concupita.

Dissidere videtur seotinus / a matutino.

Vel sic: Verba matutina quae / ex ore procedunt sobrio verbis
serotinis quae / vinum sepiunt obloquuntur.

Thorum praemit / offensus, qui suscipitur hospitio vespertinus. /

Prius importunus ad thorum admittitur quam / formoi.

Venter plenus proclivior est ad ludum, / famelicus vero cibum ludo
anteponere consuevit. /

Singula suum disponit ad libitum, qui rigo/rem non metuit correctoris.

Si amicum / damnosum et vicinum utilem, unc anteponas. /

Nunquam electio canonice celebrata¹⁴⁸ / robur debet amittere
firmitatis.

Non /

End

148 celebrata + [robur] *B*